

decision. tit. 62. n. 62. Anton. Gab. d. lib. 7. conc. 29. num. 51.

Ibi: Advertendum tamen est.

98 Sequitur Menoch. ubi proxime, Aug. Barbos. in collectan. ad d. c. accusatus. §. licet n. 13. Farinac. num. 159. Simanc. sup. num. 58. Bertazol. cons. 158. n. 4. l. 1.

Ibi: Et quamvis DD. sentiunt.

Addit. Farinac. n. 158. Menoch. sup.

Ibi: Sed si prima testificatio.

99 Idem notant Menoch. ibidem. Farinac. n. 160. Barbos. n. 17. Simanc. n. 60. & dixi sup. num. 98. Ratio hujus assertio patet; nam cum corrente testimonio ex intervallis permisla sit in favorem Fidei, ut compertum est, admitti non debet, ubi ille non versatur, in modo contra eandem retorqueretur; si liceret dictum corrigerre ex intervallis ad celandum crimen haeresis; quod per primam depositionem fuerat determinatum; sed utrum dispositio d. §. Licet, obtineat in criminis laesae Majestatis humanae dubitatur? negant Felin. in cap. p. r. tuas cl. i. n. 3. de Simon. & Craver. d. cons. 6. n. 58. affirmat cegas de criminis laesae Majestatis. ita. quomodo probet. crim. laesae Majest. q. 1. quod magis placet.

Ad Num. 10.

100 Si quis neget etiam eum jumento se deposituisse prout in actis scriptum reperiatur, ei non creditur, sed Notario fides adhibetur, Pacian. sup. lib. 1. cap. 48. n. 56. Farinac. pluribus laudatis tract. de falsitate. & simulat. q. 158. n. 187. Menoch. de presumpt. lib. 2. praef. 79. n. 15. Buccaron. differ. 69. num. 1. Caball. resolut. crimin. cas. 81. num. 1. Guazzin. sup. defens. 28. cap. 15. num. 4. Bobadill. tom. 2. l. 3. cap. 14. n. 46. Boss. in prax. crimin. iit. de fals. num. 16. Mascard. conc. 1094. n. 7. 8. Clar. in d. §. Falsum. n. 10. & d. quast. 53. n. 17. Paz. in prax. tom. 1. adnotat. ult. n. 33. Sed si plures testes Notario contradicent; varie sentiunt Interpretes, alij pro testibus, alij pro Notario respondentes; in qua contrarietate distingui solet, ut si Notarius sit bona fama, illi credatur, alioquin testibus, quod Iudicis arbitrio commititur, de quod late per Farinac. n. 167. quam distinctionem approbat nostra lex. 15. tit. 18. part. 3. & ex ea DD. Hispan. Ex eo tamen quod plures testes negent se dixisse, quemadmodum reperitur scriptum, Notarius puniri, aut torqueri nequibit, sed tandem oritur Iudicium, ut Iudex inquire contra illum possit; Farinac. n. 205. 206. Capyc. decis. 94. Boss. num. 17. Natta cons. 392. l. 3.

Ibi: Quo loco Panermitanus scribit.

101 In causis criminalibus principalis proxima conclusio non procedit, nam ob inficiationem testis, fides instrumenti ita vacillat, ut Notario ad penam interrogandam minimè credatur, Menoch. num. 16. Guazzin. n. 1. Paz. ubi proxime, Baillard. ad Clar. in d. §. Falsum. num. 56. Farinac. num. 90. Grammatic. vol. 30. n. 11. ubi quod in criminalibus magis creditur testi, quam Notario, Villadieg. in Politic. c. 3. n. 28. Caball. & Baccaron. ubi proxime, Capyc. num. 1. Quod nedum verum est, quando causa, super qua testimonium latum fuit, est cri-

minalis, sed etiam si ageretur criminaliter ad impunendam penam Notario, vel testi ob falsitatem, quorum nullus fidem meretur propter mutuam repugnantiam, Farinac. ex plurimis, n. 204. Bobadill. ubi proxime, Pacian. sup. vers. Qua illationes, Clar. d. S. Falsum. n. 10. & q. 53. n. 17.

Ubi vero præter Notarium extaret scriptor, qui de ejus mandato testimonium scriberat, adhuc in criminalibus statetur scriptura, Guazzin. num. 5. Mascard. d. conc. 1094. num. 8. Menoch. sup. Farinac. n. 191. Baillard. sup. n. 57. P. aterea quando testis dicit apud Iudicem, similiter eis, quæ scripta reperiuntur, in quacumque causa fides adhibetur, Guazzin. n. 7. Pacian. Villadieg. Clar. ubi proxime, Mascard. n. 11. Farinac. num. 189. Bobadill. d. n. 46. quod & D. Covarr. in presenti supponit.

Ibi: Quamobrem provide, & caue.

Quando licet tam in causis civilibus, quam criminalibus receptionem testimoniū absentium, vel praesentium, Notario, vel alij committere? latissime ostendit Farinac. d. tract. de testib. q. 77. à principio, ubi num. 175. pro regula, quam pluribus laudatis, constituit, ad Iudicem in omni causa spectare testimoniū examen, & hoc adeò verum est, ut Notarius causæ etiam de consensu partium nequeat testes recipere, sed necesse est Iudicis commissio, Farinac. n. 276. qui addit. n. 181. 182. hanc commissiōnem fieri, non posse, nisi ex causa, veluti ob multitudinem negotiorum, in qua creditur simplici Iudicis assertio, Menoch. de recuperand. remed. n. 352. Non tam Iudex facilis esse debet ad commitmentum examen Tabellionis, Farinac. n. 152.

Circa haec solet dubitari, utrum Notario in actis 104 testificanti, se testimonia recte ere de mandato Iudicis; sit credendum? Et licet communis sententia ferat, juxta juris rigorem, commissione coram alio Tabellione esse faciendam; in praxi contrarium obtinet, nam statur testimonio ipsius Notarii, qui testes examinat, ut testatur. Paz sup. n. 36. Cevall. tom. 1. qu. 376. de quo videndum est Farinac. num. 185. cum aliis, Guazzin. defens. 1. cap. 6. n. 3. & def. 32. c. 27. n. 2.

Haec in causibus controversiis procedunt; nam in criminalibus Iudicem per se ipsum testes examine 105 dare debere, caveatur in Autb. apud eloquentissimum, C. de fid. instrumentor. & apud nos, l. 15. tit. 7. l. 2. & l. 28. tit. 6. l. 3. Recopil. ubi pena tam Iudicii, quam Tabellionis ob transgressionem imponitur. Etenim cum de gravi præjudicio, ac sapientia vita hominis trahatur, cautius quam in pecuniariis causis ut agatu oportet; argument. l. 1. §. Sed & si quis, ff. de Carbonian. edit. etenim multum interest, quod idem, qui sententiam est latus, asperatum testimoniū, modumque deponendi consideret, ut apertius veritatem percipiat, ut notatum est sup. n. 43. Ita docent Farin. cum multis, n. 196. Azev. in d. l. 28. Recopil. Bernard. Diaz. reg. 447. Capyc. dec. 92. n. 15. Clar. d. §. f. n. q. 26. n. 3. ubi Baillard. 3. gall. pract. observat. l. 1. obseruat. 96. n. 10. Rebuff. ad leg. Gallie. tom. 2. tit. d. liter. requisi. or. in prefat. numer. 29. Bernard. gravæ. ad prax. Camer. Imperial. l. 1. conc. 96. consid. 1. n. 1. Paz supra, tom. 1. part. 5. cap. 3. §. 1. n. 10. Villadieg. d. c. 3. n. 23. 24. Bobad. sup. l. 5. c. 2. n. 42. Quod maximè est obserendum circa testes, qui pro reo examinantur, propter fraudes, & avaritiam Notariorum, ut advertunt Clar. n. 1. Baillard. ubi proxime & alij.

Idem juris est in causis civilibus arduis (qua 106 plerumque criminalibus æquiparantur) ut habe-

tur in d. l. 28. Recopil. & notant Farinac. n. 199. Bobadill. & alii proxime præallegati.

107 Limitatur nihilominus prædicta, quando adest magna, & necessaria causa, quæ impedit, ne testes coram Iudice comparantes deponant, tunc enim iure poterit Iudex, etiam in causis criminalibus, examen testimoniū Tabellionis demandare, Farinac. n. 198. 201. Menoch. de remed. 15. n. 358. Clar. & Villadieg. ubi proxime, in quo plurimum arbitrio Iudicis deferendum est, Farinac. d. n. 198.

Ibi: Sic in questionibus.

108 De his receptoribus probationum agitur titul. 22. lib. 2. Recopilation. & nota quod istis non permititur, testes torqueare ad erendum veritatem, quamvis variis sint, possintque à Iudice torqueari; ut observat Bobadill. tom. 1. lib. 2. c. 21. n. 78.

Ibi: In causis nobilitatis.

109 Ubi de nobilitate principaliter apud supremam tribunalia vertitur controversia, ipsi Regii Iudices, vulgo, Alcaldes de huius dalgos, testes examinant; nam ita cautum est l. 14. l. 33. l. 37. n. 11. lib. 2. Recopil. notat Bobadill. d. lib. 5. c. 2. n. 42. In modo idem servatur in testibus, qui recipiuntur ad probanda aliorum impedimenta, ne personaliter in Cancellerias venire compellantur, d. l. 33. c. 8. d. l. 37. c. 2. Sed & ad examinandos testes impeditos, vel mittitur unus ex prefatis Iudicibus, vel receptor, prout negotii qualitas possit, d. l. 37. c. 6. & hic nequit per se solum testes examinare, sed apud Iudicem Regium proximiorem loco, ubi testis habitat, d. l. 37. capite 3.

Ibi: Expediree profecto.

110 Adde Bobadill. ubi proxime. Sic in Tribunalis Sanctæ Inquisitionis in causis fidei, duo Viri Ecclesiastici adesse debent testimoniū examinare, c. ut officium 11. §. verum, de heretic. in 6. cuius meminere Farinac. de heret. q. 188. §. 1. n. 33. Decian. d. lib. 5. c. 35. n. 4. Menoch. cons. 149. n. 18. Bobadill. sepr. n. 46.

Ad Num. 11.

111 Ade ea, quæ sequuntur, videoas traditas per Menoch. de arbitrar. lib. 2. cas. 105. Cevall. tom. 1. quast. 43. Mascard. conclus. 619. Gomez Vajo in prax. lib. 2. quast. 140. Farinac. de falsis. & simulat. quast. 158. & princip. ubi hanc materiam confusam, & intricataam asserit.

112 Est præmittendum cum præfatis DD. & omnibus infra referendis instrumenta publica posse direcere, vel indirecere per testes reprobari, non solum per descriptos in instrumento, sed etiam per alios, ut probatur in cap. tertio loco 5. de probat. c. cum Ioannes 10. de fid. instrument. l. 115. l. 117. tit. 18. part. 3. l. 32. tit. 11. part. 5. l. 1. cum precibus 18. C. de probat autb. de instrumentor. caut. & fid. §. Sed & si quis, cum seq. Ita docent Bald. in d. c. tertio loco, numero. 12. Innocent. ibidem, in fin. Morla. tit. 18. part. 1. tit. 1. de fid. instrument. quast. 5. num. 1. Cyriac. tom. 2. controvers. 335. n. 28. Mascard. in prefat. quast. 6. n. 36. Farinac. plurimos laudans, n. 2. 29. Directo autem instrumentum dicitur impugnari, cum probatur, actum instrumento comprehensum, gestum non fuisse, vel aliter gestum quam scriptum est, indirecte vero, cum testes affirmant eo die quo instrumentum confessum narratur, alibi contrahentem fuisse, ita ut nullo modo actu illi interesse valeret, quod D. Covarr. infra, sup. n. 12. explicavit,

Dificultas igitur solum versatur quoad numerum, & qualitatem testimoniū, per quos instrumentum reprobetur, & prius vestigia D. Covarr. lectando, de testibus non instrumentariis agendum nobis est præmittendum, omnes in hoc convenire, quod unus testis ex his nullo modo fidem instrumento tollit, aut minuit, ut post multos affimat Farinac. n. 31. Menoch. num. 36. quod si plures extent contra instrumentum, quot sufficiant ad reprobationem instrumenti? hoc opus, hic labor est; ut inquit Farinac. n. 32. qui numero seqq. octo diversas opiniones recenser, ac tandem n. 48. concludit, duos testes omni exceptione maiores instrumento prævalere; quam sententiam pluribus comprobavit, n. 32. eandem tenuerit etiam D. Covarr. practic. c. 20. num. 6. vers. Prima conclusio, Azev. in l. 13. n. 36. tit. 25. lib. 4. Recopilat. Cyriac. tom. 2. controvers. 289. n. 28. Guttier. consil. 38. n. 10. Gratian. discept. cap. 192. n. 22. Vela de pen. delict. capite 24. versicul. 2. Flamin. de resignat. beneficior. lib. 9. quest. 27. n. 18. Augustin. Barbos. in collectan. ad leg. in exercendis, num. 7. C. de fide instrument. grammatic. decision. 60. n. 4. Mascard. conclusion. 919. n. 9. Cur. Philippic. p. 1. §. 17. n. 35. Paz in prax. tom. 1. temp. 8. n. 7. Morla sup. n. 4. vers. Attamen. Vide inf. n. 117. 118.

Ibi: Et licet quibusdam visum fuerit.

Quod arbitrio Iudicis commissum sit, quot testes sunt necessarii ad reprobationem publici instrumenti, nam ex qualitate testimoniū, persona Tabellionis, aliquis circumstantiis estimabit, utrum credendum sit magis instrumento, quam testibus, vel è contratenent Menoch. n. 42. Barbos. in collectan. ad cap. tertio loco, in fine, de probat. Farinac. ubi proxime, n. 48. Cyriac. tom. 3. controvers. 407. n. 292. 293. Alberic. in d. l. cum precibus, n. 3. vers. Alii dicunt, C. de probat. Angel. in l. 2. §. diem autem, n. 4. vers. Non tamen nego, ff. quemadmodum, testament. aperiant. Mascard. dict. q. 6. n. 63. & conc. 919. n. 10. Cevall. sup. n. 13. & alii quamplurimi ex antiquis, quam sententiam D. Covarr. d. n. 6. vers. Prima conclusio, ac Menoch. sup. communem appellant: quæ opinio nequaquam superiori opponitur, cum utramque aliqui admittant, ut Farinac. Mascard. Cyriac. & alii; nam esti ex testimonio duorum testimoniū fides instrumenti tollatur; non semper Iudex astringitur illis credere, cum possint ex conjecturis, vel alia causa fidei Tabellionis potius stare; nam & regulariter dicitur, probationes esse in judicantis arbitrio; ut late probat Menochius sup. cas. 90. ex numero 2. quod si perperam intelligatur, & sic quod Iudex pro libito valeat duorum testimonium, etiam omni exceptions majorum, adversus instrumentum rejicere, præfata superiori conclusioni adversatur, nec sustineri potest; prout D. Covarr. insinuat in præsenti, & tenent quos laudat Farinac. n. 47.

Ibi: Quo sit, ut in pari causa probationis.

Adde Menoch. d. cas. 105. n. 39. Cevall. n. 3. 11. Morla, qui late disputat, ubi proxime, dicitur tit. 11. in prælud. n. 8. & q. 5. n. 3. ubi sibi videtur contrarius. Sed probationem per vivam vocem cæteris priori esse, inquit Justinian; in d. auth. de instrumento. caut. §. Si vero, el. 1. ibi: tunc nos quidem exstimasimus ea, que vivâ dicuntur voce, & cum jurejurando, hec digniora fide, quam scriptum ipsam secundum se subsistere Menoch. de prælib. 1. q. 1. n. 6. glos. in rubric. de testib. in De-

cretal. Felin. in cap. cum Ioannes. n. 35. de fid. instrument. Paz sup. n. 6. Gom. Vai. n. 12. De quo videnda sunt quæ notantur in 3. cap. cum Ioannes, & in l. in exercendis 15. C. de fid. instrument. & in l. cum precibus, 18. C. de probat. Atque etiam Mascard. d. q. 6. n. 43. Boët. decif. 118. n. 6. Affl. decif. 166. n. 6. Tiraquel. de prescriptionib. §. 1. glof. 4. n. 38. Menchac. de succession. creat. lib. 2. §. 8. n. 25. Borell. in summ. decif. tom. 2. tit. 18. à n. 137.

¶ 116 Illud sane apud omnes compertum est, in antiquis efficaciore esse instrumentorum probacionem, quam testum l. 115. ad finem. ubi Greg. Lop. glof. ult. tit. 18. part. 3. Roderic. Suar. alegat. 6. gom. Vai. n. 2. Mascard. conc. 540. n. 33. Cabed. de patronat. Reg. Corona, cap. 34. n. 1. Farinac cum multis, sup. n. 55. Quod autem tempus, in materia probationum dicatur antiquum? Iudicis arbitrio relinquitur, ut videre est apud Menoch. de arbitr. lib. 2. cap. 3. ubi plures refert opinions. Sunt & alii causas, in quibus de jure instrumentis magis creditur, quam testibus, l. censu 10. ff. de probat. l. 3. C. si min. se major. dixerit, l. 1. C. de jur. emplice. l. unic. §. Quo si predia, C. de suffrag. & alia jura congregat. Glof. verb. secundum jus, in l. pactum, 17. C. de pact. Farin. dist. quæst. 158. n. 49. cum seqq.

Ibi: Instrumentum minimè improbari.

¶ 117 Ubi unus testis instrumentum confirmat viva voce deponens, illud non nisi per tres poterit impugnari; Farinac. n. 272. Boff. in prax. tit. de falso. n. 32. in fine, Menoch. d. cap. 105. n. 43. Marsil. sing. 61. Franc. Marc. d. 486. in fine, part. 1. Cur. Philip. ubi proxime, Paz sup. n. 9. Guttier. de conf. 38. n. 10. ubi cum D. Covar. hic monet, ad authoritatem instrumenti opus non esse, quod Tabellio pro eo testificetur. Quibus testibus magis credendum sit, an reprobantibus, vel coadjvantibus instrumentum? fuse examinatur per Farinac. ubi proxime, n. 142. cum multis seqq.

Ibi: Hec vero prima conclusio.

¶ 118 Quod ad reprobandum fidem publici instrumenti, plures, quam duo testes non instrumentarii desiderentur, defendant plurimi apud Farinac. n. 3. cum sequentib. quorum alii tres, alii quatuor, aut quinque necessarios esse, opinantur; cum quibus addit. Glof. verb. per testes, in l. optimam 14. C. de contrah. & committend. stipular. Cevall. sup. n. 4. Bobadil. tom. 2. lib. 3. c. 14. n. 48. qua sententia approbat l. 1. tit. 8. p. 3. Vide sup. n. 113.

¶ 119 Quibus addendum est, instrumentum, apud Principem confessum non posse testibus impugnari, Menoch. dist. cap. 105. n. 46. Zaf. lib. 2. singular. responso. c. 25. in fine.

Vers. Secunda conclusio.

¶ 120 Duo testes instrumentarii ad impugnandum instrumentum, in quo descripti repertuntur, sunt satis; Farinac. num. 4. cum aliis, qui plurimos refert. Menoch. d. num. 24. Cyriac. d. controvers. 289. n. 29. Pet. Cabali. resolut. crimin. cap. 83. n. 1. Cevall. num. 4. qui communem dicit. Mascard. dist. quæst. 6. n. 36. 45. Mayner. in l. ubi pugnatio. n. 24. 25. ff. de reg. jur. Pacian. sup. lib. 1. cap. 48. n. 10. ubi plures, Baiard. ad Clar. in §. Falsum. n. 100. cum aliis, Laurent Tennin. in prax. caut. 119. n. 1. 5. Quod est accipendum, five testes dicant actum descriptum non fuisse celebratum, vel aliter quam scriptura comprehensum est; gestum

esse, five negent duntaxat se fuisse praesentes; ut ex pluribus probat Farinac. n. 4. 7. quamquam hoc casu ultimo aliqui sentiant, instrumentum non omnino, ut falsum reprobari, sed solum fieri suspectum. Menoch. cum aliis, n. 24. fundamentum est, quia putant, hos sic testificantes, esse testes singulares, quod verum non est, Baiard. ubi proxime, Farin. n. 82.

Ibi: Etiam si prater Tabellionem unus testis.

Licet pro instrumento unus testis non instrumentarius deponat, adhuc duobus instrumentariis contradicentibus illud fide caret, Farinac. n. 173. ubi alios allegat, de quibus n. 155. quo loci tandem hanc doctrinam refert.

Est ad hæc sciendum, quod dubitatur, an ex de positione hujusmodi duorum testium, aut plurium, qui probent falso esse instrumentum, possit Notarius condemnari, de quo per Farinac. n. 64. qui concludit negative, quoniam multi, à quibus ipse non videtur recedere, teneant, tres, aut plures testes, sufficere ad condemnationem Notarii, quos refert n. 66. Sed ad torquendum Tabellionem, vel inquirendum contra ipsum, duos sufficere probat, ex n. 67. Nota iridem quod esti testes non instrumentarii debeant esse omni exceptione majores ad impugnandum instrumentum, hæc qualitas in instrumentariis non requiritur, Menoch. n. 6. 33. Farinac. numero 92. 106. qui concordantes, & contradicentes congregantur, in hac sententia refidens; & qualitas illa probari debet, Farinac. n. 98. Menoch. conf. 380. n. 11. Cevall. num. 10. esti de jure præsumatur, Farin. cum aliis, n. 99. quoties legi in testibus expressum aliqua qualitas postulatur, probanda est; quoniam eam inesse jus præsumatur, Matienç. in l. 1. glof. 5. n. 2. tit. 4. lib. 5. Recopilat. Cancer. variar. part. 1. c. 5. n. 68. Villadieg. in Politic. c. 7. n. 21. vers. Y es. derecho, cum seq. Morl. sup. n. 5. Molin. de primogen. lib. 2. cap. 6. n. 30.

Ibi: Imò unus tantum testis ex hic.

Si unus ex testibus necessariis ad negotium, quod instrumentum continetur, contra illud deponat, licet instrumentum non rejiciatur in totum, ut falsum; eius fides vacillat; quæ ita actum non probat; Farinac. plurimis congregatis, n. 13. cum seqq. Menoch. sup. à n. 13. Cyriac. dist. controvers. 289. n. 27. Borell. sup. d. tit. de fide instrument. num. 142. Valas. conf. 183. n. 43. Pacian. d. c. 48. n. 16. Guttier. conf. 38. n. 11. Boff. d. tit. de falso. n. 28. Affl. &c. decif. 166. n. 3. Zaf. d. c. 23. n. 11. Mascard. sup. q. 6. n. 43. Joseph. Ludovic. Luccens. decif. 13. n. 16. Franc. Marc. d. decif. 486: numero octavo. Quod procedat, etiam si testis solum negat, se fuisse praesentem actui, de quo gitter, Farin. n. 15. Imò, si testis hic instrumentarius suam absentiam tempore conditi instrumenti legitimè probet, illud falsum reputabitur, licet centrum testes affirmant, se interesse actui, de quo instrumento; Farin. n. 161. Quid autem si uno teste instrumentum contradicente, alii instrumentum comprobaverint? Vide Menoch. à n. 16. Farin. ex n. 160. Cyriac. tom. 3. contr. 407. n. 270. cum seqq.

Ibi: Quasi secundus respondentum sit in eo teste.

Testis unicus etiam in instrumento descriptus, 123 qui

qui est supernumerarius, quoniam eo sublato, remanent qui sufficiunt ad validitatem actus, instrumenti fidem non debilitat, et si contra ipsum depont, Farinac. ex pluribus, n. 87. qui contra rementes laudat n. 88. Menoch. n. 11. 12. Bart. in l. 1. §. Si quis negat, n. 2. 7. ff. quemadmod. testam. aper. Mascard. d. quæst. 6. n. 44. Franc. Marc. sup. n. 9. Vilalob. commun. lit. l. n. 73. Laurent. Tennin. de caut. 119. n. 4. Boff. sup. n. 30. quod limita ex Farin. n. 161, quando talis testis afferit, se non interfuerit instrumenti confessioni, & absentiam probat.

Ad Num. 12.

¶ 124 Est communis opinio juxta Imperiales constitutiones juris civilis, quæ ad reprobandum publicum instrumentum, tres, aut quatuor testes necessariò desiderat; cujus authores cumulant Farinac. n. 35. 37. easque leges Hispani, quarum in presenti D. Covar. meminit, approbarunt, ex quibus nostrates Iurisperiti eidem subscripsere; ad quarum intellectum videndi sunt greg. Lop. in l. 317. glof. tit. 18. part. 3. Morla d. quæst. 5. n. 4. vers. Nec obstat, Montal. in l. 18. tit. 8. lib. 2. for. Cevall. d. quæst. 43. n. 9. Avend. in o. 27. præter. part. 2. n. 27. Bobad. d. lib. 3. c. 14. n. 48. Quesada in suis questionib. c. 20. n. 4. Debentque esse omni exceptione majores testes etiam de jure nostro, Cevall. & Greg. Lop. sup.

Ibi: Quod si instrumentum privatum sit.

¶ 125 Instrumenti privati fides tollitur duobus testibus contra ipsum deponentibus, tam de jure communis, quam Regio Farinac. n. 28. Cevall. ubi proxime, Boff. sup. n. 26. Greg. Lop. in l. 117. gloss. uit.

Ibi: Sed si tractatur de instrumento publico.

¶ 126 Addi gregor. Lop. in l. 115. tit. 18. p. 3. Bobadil. ubi proxime, gitter. d. conf. 38. n. 12. Cevall. n. 10. 11. Cur. Philippic. d. §. 17. n. 33. quod ampliat Greg. Lop. glof. 7. d. l. 115. procedat in testibus etiam necessariis ad actum, de quo in instrumento; adhuc enim omnes convenire debent intervenire; sequitur Guttier. Sed gregor. ipse notabiliter ibidem mitat eandem constitutionem, afferens solum procedere, quando Tabellio pro instrumento à se confecto depositus; nam si mortuus fuerit vel alius non ferat testimonium pro illo, regulæ juris communis sunt observandæ circa reprobationem publicæ scriptura per testes instrumentarios, quod etiam adnotat Cevall. n. 11. 12. testificari juxta istam opinionem in Pinciana Cancellaria fuisse decisum, in causa, cui ipse patrocinabatur.

AD CAPUT XIV.

Sub liberazione generali quæ censeantur remitti sa: & an dolus remitti queat.

SUMMARIUM.

- 1 Administrator quibus de causis domino teneatur.
- 2 Liberatio generalis testamento reliquo tuori non continet bona extantia, quæ possunt vindicari, ad n. 4.
- 3 Liberatio debitoribus relicta, non liberatur qui

actione in rem potest conveniri.

6 Remissa actione depositi, vel commodati, res deposita, vel commodata debet restituiri.

7 Renunciatio generalis non comprehendit quæ vindicari possunt.

8 Liberatio generalis inter vivos non extenditur ad illa, quæ rei vindicatione possunt avocari, etiæ juramento firmatur, n. 9.

10 Juramentum dispositionem non ampliat, sed correborat.

11 Liberatio amplissimis verbis concepta, etiam in rem actionem complectitur.

12 Idem est, cum debitor sola actione reali tenetur.

13 Obligatio rationum reddendarum pro administratione præterita remitti potest.

14 Liberatio debet reliqua reddere. Limitatur n. 23. & declaratur, n. 31.

15 Idem est de liberato ab actione.

16 Quid si filius pueri remittat, & n. 22.

17 Quid si matri, vel avo.

18 Quid si socere, aut patruo.

19 Bartoli distinctio reprobatur.

20 Debitor, cui liberatio legata est, quod ius contrâ hereditem acquirat.

21 Per liberationem à reddendis rationibus, quid remittatur.

22 De intellectu i. si quis rationes 10. ff. de liberat. legat. ad n. 31.

23 L. Aurelius, §. Titius; el. 2. ff. de liberat. legat. declaratur, & n. 28. cum seqq.

24 Liberatione à reddendis rationibus pro futura administratione quid continetur, & n. 33.

25 Dolum pro futura administratione remittere non licet.

26 Inventarium confidere potest Index; aut cogere tutorem ut faciat ex causa, etiæ à patre papilli sit remissum.

27 Idem est in patre administrante adventitia in fiduci.

28 Index potest impidere si oportuerit, ac fiat inventarium, quod di'as de jure fieri debebat.

29 Cui inventarii confidio remissa est, debet bona describere, & qua solemnitate.

30 Inventarii confidio nequit remitti in prejudicium creditorum, aut legitima filiorum.

31 Dolus verus non presumitur remissus, & quare, n. 41. Quid si nihil doloso adsit. n. 42.

32 Dolo agit qui non restituit, quod ex administratione debet.

33 Dolus præteritus tacite, vel expresse remitti permittitur.

34 Dolus quod futuram administrationem remitti nequit. Quid si accedit juramentum, n. 46.

35 Dolus verus futurus num taliè remitti possit? & n. 48.

36 Dolus futurus presumptus remitti jure potest.

37 Dolus verus, & presumptus qualis sit.

38 Reliqua, ex quibus administrator locupletior factus non fuerit, pro futura administratione, remitti possunt; remissive.

39 Tutori dolus verus pro futura administratione remitti nequit, secùs presumptus, ad n. 54.

40 Contra tutorem, qui omisit inventarium, aut non recte fecit, juratur in item; etiæ si ex parentibus, ad n. 58.

41 Excusatur, si sit justa causa.

42 Non juratur in item contra tutoris heredes.

43 Nec heredes pupilli jurare possunt.

44 Ex dolo vero vel presumpto defuncti non juratur in item contra heredes, nisi cum illo lis fuerit contestata, & n. 63.

45 Ex dolo presumpto an in item juretur? & n. 65. Oportet